

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Antonii Bynaei de Calceis Hebraeorum Libri Duo**

**Bynaeus, Anthony**

**Dordraci, 1682**

Adversus Balduinum digreßio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12835**

410 De CALCEIS HEBRAOR.

cæpta, qui ingenio, quo fuit acri,  
nihil magis scrutabatur quam sensum, quem vocabat spiritualem,  
cum sensus, qui dicitur literalis,  
minus humilis ipsi & simplex vi-  
deretur, ita ad reliquos omnes  
pervasit, ut vix aliquis in veteri  
Ecclesia ab hoc studio fuerit im-  
munis. Ipse Hieronymus, licet  
juste de Origine sit conquestus,  
*quod ita allegorizet, ut historiæ aufer-  
rat veritatem*, quiddam excessus hic  
pati videtur, itemque Augustinus:  
ne de Ambrosio, Hilario, Gre-  
gorio ac pluribus aliis dicam. Ho-  
rum exemplo, & ex horum scrip-  
tis, Benedictus Balduinus de Cal-  
ceo Mysticō prolixe differuit. Mi-  
hi vero id pessimo fieri instituto  
videtur. Quid enim aliud agunt  
hi homines, quam ut sibi fingant  
mysteria & allegorias, quas pro-  
lubitu, etiam invito Spiritu S.  
magno labore probare conantur?  
Non diffiteor hæc specie ingenii &  
novitatis blandiri, quæ maxime  
homines inflammare solet, ad ali-  
quid quod supra vulgi captum sit,  
nihilque plebejum præ se ferat,  
moliendum. Etiam scio quo quis  
auda-

Hiero. in  
Epist. ad  
Pammaci.

audacius & ineptius aliquid sit com-  
mentus, modo non sit dictum po-  
pulariter, tanto facilius arripi ab  
iis hominibus, qui sibi in his argu-  
tiis & ventosis acuminibus placent,  
uti semper sunt istorum portento-  
rum admiratores, qui cum judicio  
non valeant, nec di judicare pos-  
sint quid distent æra lupinis, facile  
in hæc vitia incidunt, in quibus  
sibi delicias faciant. Mihi tamen  
nulli majori cachinno digni viden-  
tur quam istiusmodi homines, qui  
sic sibi placent in exponendis my-  
steriis, & allegoriis, etenim licet  
quam maxime sibi videantur sape-  
re, culpam tamen & notam lasci-  
vientis ingenii effugere non pos-  
sunt, & incurruunt censuram ho-  
minum non putidorum, qui hæc  
non damnant modo, sed etiam  
irrident. Ego quidem nunquam  
committam ut carbones ejusmodi  
pro thesauris aut ipse arripiam aut  
lectoribus venditem. Ea juvant  
quæ sunt vera, solida, & nullis  
ineptiis obnoxia, præ illis miris  
& inauditis, quæ vani homines  
consectantur. Quare missis tricis  
istiusmodi hic gradum sisto, &

S 2. Deo.

412 De CALCEIS HEBR. &c.

Deo Ter Optimo Maximo sup-  
plex gratias ago, quod vitam &  
valetudinem concederit, ut hæc  
perficere potuerim quæ eum infi-  
nem à me elaborata sunt, ut non  
nulla sacrarum literarum loca tene-  
bricosa aliqua luce perfunderem.

Δοξα τῷ Θεῷ.



IN